

nam interfecerunt, & pupillos occiderunt; & aliorum: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Tandem D. Paulus ad Rom. 1. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis; & obsecravit est insipienter eorum.

III. Multitudo ergo Atheorum, qui his corruptissimis temporibus Deum impio corde, & ore blasphemio negant, mirum in modum Deum esse confitentur. Quandoquidem eorum impietas tamquam evidens argumentum nobis offendit verissimas esse Dei predictiones, quibus revelavit sceletos, perfidiosque fore, qui ad extremum prolapsi iniquitatis, Iudicem de throno deicere vellent, ut criminum poenas evaderent.

IV. Aliqua Sanctorum Patrum testimonia in medium afferamus. Athanasius fuso, ac elegantissimo calamo argumentum istud pertrahit in Libro contra Gentes. Pauca dumtaxat hoc transcribam. Equus a vero esse (inquit) qui caelestem orbem intuetur, ac Solis, Lunaeque cursus, & reliquorum situs, conversationisque siderum, quae tametsi inter se differunt, nondum tamen ordinem sine ulla varietate retinent, non statim intelligit; non a seipso illa regi, sed esse aliorum qui haec moderantur & continent, auctorem eorum; & opifcem? Qui orientem per diem Solem aspiciens, & splendentem nocte Lunam, eandemque partibus semper interioribus siderum incrementa, ac decreta capientem; cum stellarum alias discurrentes, miraque varietate cursus suos peragentes, alias circa evagatione constanti agitatione convulsas; non aliquem esse sentiat qui eis praesit, a quo sint condita? Et paulo post subdit: Necessse est cogitari aliquem, animaeque pervipri Dominum, qui in unam ipsa coegerit, ac decernerit, atque ad societatem & concordiam adduxerit: qui tametsi non videtur oculis, ex ordine tamen, & dissidentium iudicem verum, ac sibi multum adhaerentium colligatione cognoscitur. Nam ut eruditae ampliam, ac magnificam si quis videt ex immerita hominum multitudine collectam, quorum non unus habitus sit ac conditio; sed alii pupilluli sint, aut magni: alii divites, aut egestes; senes item, ac iuvenes; mater, ac semine: eosdemque omnes animadvertat recte, atque ordine vivere inter se, summam pacem, & concordiam, ut neque divites contra pauperes insurgant, neque magni contra pusillos; & neque adversus senes adolescentes; sed inris inter se aequalitatem constantem teneat: haec, inquam, si viderimus, statim cogitabimus adesse tibi Principem aliquem, qui

hanc tranquillitatem publica pacis administrat; esse nondum oculis eum nostris adproximus. Propterea quod & ordinis perturbatio, nullum esse qui praesit, iudicio est; & ordo ipse gubernatorem offendit. Sic dum in corpore membrorum inter se concordiam videmus, in quo neque oculus cum auro pugnat, neque manus a pede dissidet; sed unumquodque citra disensionem munere suo, & officio fungitur: ex eo profusus intelligimus, animam in illo inesse corpore, quae haec omnia moderatur, quaevis oculis ea non sit exposita. Sic ex universitatis ordine, ac concentu Principem, & administratorem intelligi necesse est Deum.

V. Gregorius Nazianzenus oratione xxxiv. Etenim quod Deus sit, inquit, ac princeps quadam causa, quae res omnes procreavit, atque conservat, cum oculi ipsi, tum lex naturae docet: illi dum res aspectabiles intendunt, easque & pulchre fixas, & stabiles esse, & progredi, atque immotae, ut ita dicam, moveri, volubique perspicitur; haec autem dum per res oculis subiectas, ac recto ordine collocatas, auctorem eorum conjectura quadam colligit, & assequitur. Quomam enim modo universa rerum haec moles vel producta inquam fuisset, vel confisteret, nisi Deus omnia in rerum natura protulisset, atque conservaret? Quomodo enim quispiam citharam pulcherrime videns elaboratam, eiusque concinnitatem, & ordinatam dispositionem; aut etiam citharae cantum ipsius audiens, nihil aliud quam citharae fabricatorem, ac citharadum cogitabit; & ad ipsum recurret animo, etiamsi de facie minime cognoscit: sic etiam nobis eorum quae condita sunt, artem, atque motum; & conservans causa manifesta est, tametsi mente non comprehendatur. Animis profecto hebes & stolidus est qui non hucusque sponte progreditur, naturaliumque demonstrationum vestigia sequitur.

VI. Sanctus Ioannes Chrysolomus ius populari, ac validissima eloquentia hoc idem argumentum pertrahit in Psalm. xlii. Non est fundamentum, (inquit) & quomodo stat edificium? Non est carna, & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis, & quomodo navis compacta est? Non est edificator, & quomodo domus facta est? Non est architectus, & quomodo urbes condidit? Non est agricola, & quomodo agri tulerit manipulos? Non est musicus, & quomodo in mundi huius apparet concertus? Non est qui praevidet, & quomodo per omnia pervadit providentia? Non est auriga, & quomodo elementarum quatuor cursus agitur? Non est stativarius, & quomodo

do homines veluti quadam statu in mundo facti sunt? Non est fornicis constructor, & quis tibi celi fontem construxit? Non est artifex, & quis veluti discum aureum tanquam in mensa Solem in caelo posuit? Non est qui ferat lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte?... Quaecumque in mundo sunt, aguntur, & exercentur, habent qui eis praesit, eaque perficiat; & solus mundus non habet qui eum administrat?

VII. Post Patres Graecos ex Latinis in medium prodeat iohannes Augustinus, aliis plurimis omisiss. I. Videat qui potest, credat qui non potest, esse Deum. Et stridet qui potest, numquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Non video, inquit, quid credidurus sum? Anima enim tua videtur, ut opinor? Stulte, quomodo tuum videtur; animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solent videretur, quare non sepelitis? Miratur, quia dixi: Si corpus tuum tantum videtur, quare non sepelitis? Et respondet (sapi enim ad hoc) quia vivo. Unde scio, quia vivis, curis curantur non video? Unde scio? Respondet, quia loquor, quia ambulo, quia operor. Scitis, ex operibus corporis agnosco viventem: ex operibus creature non potes agnoscere Creatorem? Et scitis quis dicit: Cuius mortuus fueris, postea nihil ero. Et litteras didicit, & ab Episcopo didicit hoc, nescio quo desiro Philosopho, vel potius anatore vanitatis, non sapientia, quem ipsi etiam Philosophi potius nominaverunt. Si plura cupis, lege Lactantium Lib. II. cap. viii. & communiter Patres omnes; quos breviter gratia praefero.

C A P U T VIII.

Demonstratur unum esse Deum confessione iam ipsorum Gentilium, tum Patrum, & ratione.

I. Deum esse, huicque probatum est. Ego sum, inquit Deus ipse: subdit vero: Non habebis deos alienos coram me: Exod. xx. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est: Deut. vi. Reliquum est ergo ut ostendatur, hunc Deum, quem existerit evicimus, unum esse. Hoc porro primum evincitur consensu ipsorum Gentilium. Seneca Lib. IV. de beneficiis cap. vii. Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellere. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum Patrem, & Herculem, ac Mercurium nostrum putant. Sic hunc naturam voca, Saturnum, fortunam: omnia

eiusdem Dei nomina sunt; varie utentis sua profestare. Clarius hoc alenti Lib. II. nat. quereit. cap. xiv. Hic vero altissimus error iste non tenet... Sed eundem, quem nos, Iovem intelligunt cyprium, retinereque iureque, animum, ac spiritum, mundum huius operis dominum, & artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? non errabis... Vis illum providentiam dicere? recte dicet... Vis illum naturam vocare? non peccabis. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse enim esse totum, quod vides, totus huius partibus indatus, & se sustentans vi sua.

II. Maximus ethnicus epistola data ad S. Augustinum haec scribit: Equidem unum esse Deum sumam, atque magnificentum, quis tam demens, tam mente captus, neget esse certissimum? Eius non virtutes per mandatum quibus distulias multis vocalibus invocamus, quoniam nomen eius cavelli proprium ignoremus. Nam Deus omnibus religionibus communis nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quaedam membra caprim videris applicationibus profingunt, totum colere profecto videamus. Quatuor Pythagoras haec habet: Redi qui dii erga primum summumque mente cognoscendum sic se habent ut chorus ad coriphoeum, & milites ad duces. Plato epistola ad Hermenem & Corileum apud Stoicorum in Eclogis scribit: Opifex dixit Principem omnium deorum & qui sunt, & qui futuri.

III. Lactantius Lib. II. cap. i. Cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iovem, aut deos multos, sed Deum nominant. Ado ipsa veritas, cogente natura, etiam ab imis pectoribus erumpit. Hoc ipsum docent Iulianus, Clemens, Eusebius, referuntque sequentes verius.

Unus profecto est, unus est tantum Deus, Qui caelum, & amplum condidit terre globum, & ratione.

Mariisque fluctus, vimque ventorum gravem. Plethaque nostrum, mente sed capti, deunt: Simulacra nobis, ac mali solatium. Cum iuxta, atque acerua consecravimus, Sive aureas, eburnaeque imagines. Sacris & istos colimus: his festos dies Agimus: pios haec esse non remur modo.

IV. Atque ut plurimos mittamus Scriptores ethnicos, D. Augustinus ipse testatur pluribus in locis Gentilios Philosophos unum coluisse Deum. Libro namque de Civ. Dei IV. cap. vi. haec scribit: Modo autem ne sit necesse per civitate discorrere, Deus, de quo multi a Poeta nobilissimo dictum putant: Deum namque ipe per omnes

Terraeque, tractusque maris, et cunctaque
profunditas.

ipse in aere sit Iupiter, ipse in aere Iuno,
ipse in mari Neptuneus &c. Persequitur illo-
rum plurimos recensere deos deaque: dein-
de claudunt sic. *Hae omnia quae dixi, &
quaequaque non dixi (non enim omnia dico-
da arbitratus sum) si omnes dii, deaque
sint UNUS Iupiter: sine sint, ut quidam
volunt, omnia ista partes eius, sive virtutes eius,
sicut eis videtur quibus cum placet esse mundi
animam: quae sententia velut magnorum
multorumque doctorum est. Hae si ita sint
(quod quale sit, nondum interim quero) quid
federent, si unum Deum colerent, prudenti-
re compendio?*

V. Ratio cur Divinitatem tot in membra
tribuerint, duplex. Altera fuit vana spes
multiplicandi patronos, & suorumque fautores
crimino. Altera victorum caligo, quae insu-
tam de Deo cognitionem obscurabat. Hinc est
quod Ovidius scripsit Lib. I. Trist. Eleg. 2.

*Saepe, peccante deo, fert deus alter opem.
Iupiter in Troiam, pro Troia subat Apollo.
Aequa Venus Teucri, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneas propior Saturnia Iuno:
Ille tamen Venereis numine cunctus erat.
Et nobis aliquod, quavis distans ab illis,
Quid exerat irato nomen adesse deo?*

VI. Tandem Minutius in Octavio unita-
tem Dei in rationalis naturae institutum re-
vocat. Audio vulgus (inquit) cum ad calam
maius tendunt, nihil aliud quam Deum di-
cunt: & Deus magnus est: & Deus verus
est: & si Deus dederit, vulgi iste naturalis
sermo est, an Christiani consentiens oratio?
Tertullianus in Libro quem de testimonio
animae adversus Gentes inscripsit, inducit Gen-
tiles naturae instinctu sic effantes: *Quid Deus
dederit. Si Deus voluerit. Deus bonus est.
Deus beneficit. Benedicat te Deus. Deus vi-
det omnia. Deo commendo, & Deus reddet.
Deus inter nos iudicabit. Plura similia ha-
bet in Apologetico cap. XVII. O testimonium a-
nimae naturaliter christiane! Illuc denique re-
punitur versus illi Prudentii ex Apoteosis.*

*Equis in idolo recubans, inter sacra mille
Ridiculusque deos venerans, sale e respice,
Ibne*

*Non putat esse Deum summum, & super
omnia solum?*

*Quaeris Saturnis, Iunonibus, & Cytheretis,
Portentisque aliis fumantes consecrae aras,
Attamen in calum quoties suscepit, in uno
Constituit us omne Deo: cui serviat ingens
Virtutum ratio variis instructa ministris,*

VII. Rationes quibus Dei unitas splen-
det, praestantur. Dei nullo enim nobis
naturam ingerit quae nulla excogitari peris-
sior, sublimiorque possit. Individua ergo
est. Si enim in alias dividua naturas foret,
hæ mutuo distingui deberent. Hæ autem di-
stinctio aliqua ferret perfectione quae alteru-
trorum careret. In uno ergo Deo quæ-
dam fulgeret prerogativa quæ alteri deesse.
Hoc autem repugnat: Unum itaque esse Deum
necessum est. Hanc rationem tradit D. Tho-
mas I. Part. quest. xi. art. 3. Eademque prius
expolierat Tertullianus Lib. I. contr. Marcion.
cap. 111. *Deus, si non unus est, non
est: quis dignus creaturis non esse quodcum-
que non ita fuerit ut esse deberet: Deum autem
ut scias unum esse debere, quæ quid sit
Deus, & non aliter invenit: mirum sum-
mum magnum, quodcumque sit necesse est, par-
tem non habendo, ne non sit summum magnum.*

VIII. Hanc rationem urgere ulterius pos-
sumus eodem Tertulliano præsertim. Deitas
dividua si esset, nullus definiti posset deorum
numerus: nulla quippe natura dividua cer-
tum, præfinitumque numerum haberet, ultra
quem egredi nequeat: si enim in duos pro-
pagari deos possit, quidni in centum? cur
non in mille? Immo cum natura divina per-
fecta sit, secundum quoque existat oportet;
atque adeo in plurimos se effundere deo de-
beret. Quam rationem sic edisserit Tertullia-
nus loc. cit. cap. v. *Quæ ratio duo summa
magna composuit? Præmo enim exigam, cur
non plura, si duo? ... Quæcumque ratio plu-
ra summa magna non patitur admitti, ead-
em nec duo, ut ipsa plura post-unum. Post-
unum enim numerus. Quæ potuit duo admi-
tere, eadem potuit & plura post.*

IX. Aliæ plures adduci rationes solent, vi-
delicet: Deus in quocumque perfectionis ge-
nere infinitus est: continet ergo perfectionem
quamlibet. Mundus unus est, unus igitur sit
gubernator oportet. Nam nec navis (inquit
Athanalius orat. contr. Gentes) a multis gu-
bernata recte cursu ferri potest, nisi eius cla-
vum unus tenerit: nec lyra a multis pulsa
perfectum concentum efficiet, nisi musicus unus
eam percusserit. Accedit quod Deus, cum sit
summum bonum, quo melius excogitari non
valet, & ultimus finis, plene futurans homi-
num appetitionem, nisi unus esse nequit.
Alioquin nec summum bonum, nec ultimus
finis esset. Si enim plures essent, nemo esset
omnipotens, nemo indequeque felix, nemo
beatus: eo quod quisque aliquid haberet quod
desseet alteri.

CA.

CAPUT IX.

*Causæ cur scilicet in Atheismum prolabantur.
Hæ confirmant Religionis veritatem.*

I. Innata, insitaque animis est unius Dei
cognitio, quid causæ est cur tot Athei
reperiatur? Exhibita superius ratio fuit. Clarius
nunc Atheismi causæ referantur.

II. PRIMA est propriae felicitatis vigili-
amor: est motus quidam irrequietus qui ani-
mum continenter urget, impellitque ad con-
quirendam, assequendamque omnium appeti-
tionum satietatem. Hanc vero quietem, &
appetitum exaltationem is in rebus homo
collocat quæ rationi dissonant, quæque Dei
iustitiam violant, provocantque vindictam.

Hinc intemius conscientia index intumet,
prolicat. Huius vindictæ consideratio animi
quietem interrumpit, cordisque letitiam car-
nalis delectationibus partam, amaritudine
aspergit. Hinc cor velut mare fervens, &
spumans modo huc, modo illuc mentem in-
flectit, ut rationes vel apparentes saltem of-
fendant: quæ Deum vindicam de medio tollant:
quandoquidem fieri nequit ut plene gau-
deret, fruaturque terrenis deliciis, quousque
supremi iudicis animo infidet peritioso. Hinc
est quod Pagani proprias suas appetitiones dis-
suis tribuerunt, eoque effecerunt adulteros &
fornicatores, fures, & quid non? Quæ facta
positione, haud timebant deos suos penas
ob ea crimina inflictores quorum ipsi forent
participes. Quapropter si (quod fieri nequit)
Deus permitteret, simulque adprobaret libi-
dinem, fornicationem, adulteriam, ceteraque
carnalia delicta: Athei tota mentis indaga-
tionem perquirerent Dei existentiam de-
monstrantes. Nullum sane non moverent la-
pidem, ut omnes in Dei cognitionem addu-
cerent, funderentque Scripturam sanctam ver-
bum Dei esse. E contrario, quia omnia præ-
fata crimina Deus æternis suppliciis punit,
ideoque huius divinæ potestatis imperio se in-
ducere vellunt.

III. SECUNDA causa Atheismi, quæ pri-
mæ veluti furculus est, impotens, essentiali-
eum ambitio nuncupatur. Continuo ac
homines le vitium dederunt, illud insidem in
mentem venit, ut supra ceteros sese erige-
rent, eminenterque. Porro ut magno ha-
beantur in pretio, exquisitaque mentis, ar-
te acerrimi iudicii famam sibi accipuntur,
eas inveniunt vias a quibus alii cuncti longe
abint. Ceteros derident, tamquam vulgus
imbecillæ mentis, nimiumque meticulosi a-

nimi. Foras illi quemque emittunt timo-
rem: quocirca appellantur spiritus fortes, seu
feroces, & bellini. Eo ulque illi intantur,
ut sibi gloriæ verant horrendas cruciæ blas-
phemias. Argumenta luculentissima sibi ex-
cipiunt, atque incredibili contempione reit-
cunt, spernuntque. Atheismi genus, omnium
pellimum est. Quoniam non modo cor vi-
torum huc insectum, corruptumque est: sed
& tanta caligine, totique spissis tenebris mens
obducitur, ne oculi lucem vel meridianam
videant, aureque voces resonantes minime
audiant.

IV. TERTIA causa ignorantia est. Soror
ignorantiæ, & ignorantie superbia est. Vix
reperitur qui se ignorantem fateri velit, &
inductum. Porro ut huic ignorantie velum
aliquid præterdat, spectrum scientie iactant,
quæ ab aliis distinguantur. Inter plurimos cor-
dis Atheos qui hac tempestate vivunt, pro-
fuit qui, antequam in hoc malorum con-
stitutum deveniret, sermo Paulum Apollolam
legerunt, sacraque Biblia sint meditati? Qui
sunt qui sincero corde Deum quaerunt, ra-
tionelque, & argumenta manifesta, quæ il-
lum esse, & hunc gubernare mandum evin-
cunt, serio expendunt? Nemo unus. Et
quanto magis in summa rerum omnium igno-
ratione versantur, eo fidentiores sunt, ma-
jorque presumptione feruntur: quod ipsi
mentis licet obruta, vitiosque inquinata, non
percipiunt, fracta audecia perneant: vanas
suae cogitationes eorum oracula fundunt, &
veluti mathematicas demonstrationes dissem-
nant in vulgus. Illius rei exemplum lupedi-
tae *Benedictus Spinoza*, cuius parabolam, non
alitis nittitur fundamentis quam suis com-
mentitiis ideis, scilicet perceptionibus, quibus
se nihil responderet. Quare definitiones,
& axiomata, quæ suis confictis cogitationi-
bus adhibet, tamen eidem consentanea so-
lent, rebus tamen quæ extra factas ideas ex-
sistent, haudquamquam convenire possunt, ut
veri doctrinam animadvertentur.

V. QUARTA causa quæ viam herit ad
Atheismum, frequens est disputatio de exi-
stentia Dei. Rationibus sit obsequium no-
strum oportet. Nonne Aristoteli teste. Fidei,
Religionisque nostræ rationem petenti redde-
re lex ipsa iubet. Quare antiquæ proprie pro-
fessionis principia, instituta, regulas plus mi-
nute callere tenentur. Qui vero alius præ-
sunt, ut gradu & dignitate eminent, exqui-
sitioni eruditione, & scientia ornati sint ne-
cesse est. Quilibet tamen cognitioe lux ma-

teris respondere debet. Si res de qua disputatio oritur, obvia sit, & manifesta, haud debet in acrem adduci contentionem. Quid, si non modo aperta, sed summi quoque momenti sit? Porro Deum esse per se notum est. Hæc veritas civilis societatis, commercii, felicitatis, religionis, beatitudinis principium est, & finis istius veritatis lumen signatum super vulgum nostrum est, animisque insita, atque innata cognitio. Quod sobriis, ac demissa meditatione rationes que hæc foveant cognitionem, atque meliori in lumine veritatem constituunt, ferreunt, studium est dignum laude. Quod iidem momenta ista illis referunt, qui non vana contendendi cupiditate, levique ducti curiositate, sed proficendæ, divinæque cognitionis comparandæ desiderio ducti, eadem sibi explicari possulant; nemo est qui improbet, dummodo temperate id fiat. Verum si Dei existentia, sicut ceteræ veritates levioris momenti, alicui committatur disputandi, & contendendi; magna inde consequi damna experientia patefacit. Tremenda Dei maiestas non altercandi, arguendique materies, sed profunda venerationis, timoris, ac cultus obiectum est. Quid ergo indecentius quam publico certamini exponere ipsum divinum esse?

VI. Excursari hæc disputationes solent, exercendæ mentis pretextu, veritatisque clari enucleandæ gratia. Nostræ ne exercitationis materia, suprema Divinitas erit? Quamquam antiquorum Philosophorum disputationes de Deo non eo tenderent, ut Deum negarent; quin utraque ex parte argumenta adversus Deum obiecta solvebantur; tamen non parvam dubitandi ansam dederunt. Nihil adeo populo nocet quam sapientum dissidia. Raro ergo de Dei existentia disputandum. Nec enim consentaneum est ut inter theses que exponi solent, quarumque materia interdum iunt spatia imaginaria, relativa perfectiones, distinctiones attributorum aut ex rei natura, aut virtuales, idque genus similia; Dei existentia collocetur. Quod si & hæc in disputatione quandoque publicam adducenda sit, magna cautione opus est, summoque respectu, & veneratione. Formidandum namque, tremendumque est Dei nomen. Illius tronus, necessitate sublata, nec exercitii gratia literariæ pugne committi debet.

VII. Plurimæ aliæ sunt causæ que in Atheismum homines pertrahunt. Mentis oblitæ stupiditas, animique torpido non parvam in extremum illud influunt. Supina illa negligentia meditando, examinandique librum

hunc totius universi apertum, mentis indicat caritatem, cordisque duritiam. Omnium tamen causarum potissima crimina sunt, & flagitia. Hæc tamenque insitam de Deo cognitionem non evellunt, bellum tamen interitum Deo semper inducunt. Quemadmodum dæmones vident, & contremiscunt; sic peccatores vident nolentes videre. Toto nila laborant, totoque impetu conantur Dei notitiam de mente delere, sed irrita semper conatu. Perverso corde, ac prava voluntate scellesti Deum negant, ut prædixit Deus ipse; sed mente consentitur, quamvis & hoc orationis negent.

VIII. Probitas quam extrinsecus Athei ostentant, commentitia est, & subdola. Humanitatem, comitatem, æquitatem, eaque omnia que mutam, civilemque hominum societatem fovent, præsterunt: animi tranquillitatem, mentis serenitatem, cordis lætitiâ iactant, sed per innumum mendacium. Larvis se regere student, ut impietatem occultent. Ceterum dum soli mortui in se ipsa aperunt, tunc que sit eorum honestas, palam faciunt. Hi spiritus fortes ferocetique temporalia supplicia lære veniunt: quippe non fortes illi, sed meretricios pavidi que. Oculis hinc conspiciunt trimeas, carceres, funes, laqueos, gladios, ignem, aliaque infernium tormentorum instrumenta: idcirco fortitudo eorum vana est. Quia vero infernus, qui omnia complectitur supplicia, peccatorumque severitatem, oculorum fugacitatem, nullum illis timorem incurit. Adversus Deum fortes, in conspectu hominum pavidi sunt. Plura inter exempla que hæc transcribere possem, unum recenlebo, quod, que sit istorum animi integritas, morumque honestas, patefacit. Ferunt apud Nieuvventy *serm. phil.* Benedictum Spinozam talia esset solitum phrasæ. *Tametsi cognitio naturalis que intelligentia, qua iam imbutus sum, falsa esset, non propterea minus apta est ad me felicem consistendum interea, dum delictis affluo, vitæque transigo non lacrymis & suspiriis, sed tranquillitate, gaudio atque oblectamentis plenam.* Consulte *epist. xxxiv. ad Blyenberg.* additque Nieuvventy, Spinozam nec sanum, nec morti proximum, unquam fuisse passum, ut vel ipsi amici de futura vita quidquam commemorarent, ne lætitiâ, gaudiumque præsens interrumparent; vesper ne intestinam lætentiâ exasperarent.

IX. Ex hucusque disputatis tria colliguntur Atheorum genera. Unum est mentis, aliud est voluntatis, quod Deum negat, aliud est volun-

luntatis, quod Deum esse nollit. Tertium memoria appellari potest; eorumque proprium est qui Dei nunquam recordantur, ac in illius continua oblivione dies ducunt suos, vivuntque ac si Deus non esset. Huic triplici impietatis generi tres respondent Atheorum species. Primi Athei veri nuncupantur, qui nunquam mente, tum voluntate Deum pernegant. Secundi Deistæ vocitantur, qui naturali rationis lumine coacti Deum unum consentitur, sed nullam in eo providentiam, iustitiamque venerantur. Eum intra se sistere, que vero extra illum sunt, nullo modo curare, effutiant. Tertii vocantur neutrales, seu indifferentes, qui nec credunt, nec impugnant Religionis mysteria; sed loco problematum eadem habent. Primi obcecati, secundi dementes, tertii tum dementes, tum excitati quidquam participat. Non vacat nuncrationes asserere adversus hæc duo postrema impiorum genera. Alibi hoc fiet. Quamquam, semel admisso uno Deo, necessario consequitur eundem optimum, æquum, providamque esse: & cum dominus, & gubernator sit totius universi, fieri acquit quod illius curam habeat, illudque regat, atque eidem prospiciat.

CAPUT X.

Quædam Paganorum objectiones solvuntur.

I. Unum Deum agnovisse Paganos probatum est. Hæc eorum cognitio tot fuit tenebris circumlecta, ut re ipsa creaturis, seu simulacris Divinitatem tribuerent, thulque adolerent. Porro ut suum excusarent Polytheismum, opponebant, Christianos ipsos plures colere deos. Siquidem in Bibliis nostris habentur hæc: *Non est similis tui in diis, Domine. Ego dixi, Dii estis.* Verum hunc textum optime explicat Catechismus Romanus, iniquens Part. I. de primo art. symb. num. 8. *Negue vero nos moveat quod interdum sacre Littere Dei nomen creaturis etiam nativis imponunt. Nam quod Prophetas, & Iudices deos appellavit, non gentium more factum est, que sibi plures deos stulto, & impie fixerunt; sed quædam loquendi consuetudine significare solentur excellentem aliquam virtutem.*

II. Opponunt secundo Pagani, Christianos adorare Trinitatem, Patrem nempe generantem Filium, hæcque una cum Patre producentem Spiritum sanctum. Respondent Patres, potissimum S. Cyrillus *Lib. IV. & Lib. VIII. contra Julianum,* Christianos unum folumque adorare Deum in tribus personis distinctis, que sunt ejusdem omnino nature, *Conc. Theol. Tom. I.*

& essentie. Quare licet persone distincte invicem sint, cum natura una omnino semper & eadem remaneat, unus quoque Deus perseverat.

III. Etiam nos, inquit tertio loco Pagani, unum Deum colimus qui ceteris omnibus aliis diis, utpote inferioribus, præfert, tamquam suis ministris. Idque ceteros inter exaggerat Maximus Madatrensis *epist. xlii. nunc xlv. ad S. Augustinum,* cuius verba supra diximus. Verum habet Deum unum cognoverunt Pagani, idcirco magis impii, quod ut Deum non glorificaverunt; sed, inquit D. Paulus ad Rom. 1. vers. 25. *commutaverunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt, & servierunt creaturis potius quam Creatori.* Hos liquidem deos inferiores progenitos a supremo Deo afferebant, & suapte natura mortales, immortalique effici virtute supremi Dei. Homines ipso Senatu Romanus in deorum censum perlocaverunt, & non raro hominum æquivalentes. Nec est quod opponant Pontificem quoque Romanum sanctos viros colendos populo sistere: quoniam aliud est diis, aliud est sanctis alicum accensere. Dum Pontifex aliquem mortalem declarat sanctum, non Deum, aut Divinitate donatum decernit; sed Dei virtum, fidelemque divinæ legis observatorem, atque adeo Dei amicum. Quid plura? Diis suis sceleratiora crimina adscribent, videlicet fura, adulteria, supra, raptus. Est quamquam Iulianus D. Cyrillo respondet, hæc proba diis tributa commenta esse poterant, ut colligitur *ex Lib. II. contr. Julianum, nihilominus D. Athanasius oratione contra gent. num. 16.* datam responsum fidei refellit *serm. 1. que Poeta narrat, commentaria & falsa sunt, falsa quoque erant Iovis, Saturni, Iunonis, & Martis, aliorumque nomina &c. Lege eum ibi, ubi plurima habet. Lege quoque Laetantium Lib. I. Inl. cap. xvi. Si enim dii matrimonio iuncti filios procreant: vel ergo iis nascuntur quantæ filii nostri, cum non vincantur ab hominibus secunditate; & sic immutabilium deorum plena sunt omnia, nullo scilicet mortante. Cur ergo tam pauci coluntur? Lege ibi plura.*

IV. Opponunt iterum, eodem modo Paganos colere deos inferiores, quod Christiani catholici colunt Angelos, Martyres, Sanctosque suos: non tamquam summum Deum, sed tamquam Dei amicos, & servos. Nonne quemadmodum Pagani a Cerere fruges, a Baccho vinum, a Segetia legetes, a Marte fortitudinem, a Iove Statore victoriam, de quo vide Augustinum *Lib. 17. de Civ. Dei. esp. 11.* ita & Chri-

& Christiani a D. Lucia oculorum valetudinem, a D. Vincentio Ferrerio donum contritionis, a D. Apollonia a dentium dolore indemitatem sperant? Cur ergo dolantur Pagani?

V. Huic difficultati, quam Maximus Madaurensis Ethnicus simul & Afer opponebat Augullinus *epist. xliiii.* scripta ab eodem Maximo, respondet implet Augullinus *epist. xliii.* nunc *xviii. Scias a Christianis catholicis, quorum in vestro oppido etiam Ecclesia constituta est, nullum esse mortuorum, nihil denique ut numen adorari, quod sit factum, & conditum a Deo: sed unum ipsum Deum, qui fecit, & condidit omnia. Discreverunt ista Iulius &c. Pluribus in locis latus de hoc disputat. Lib. XX. cont. Faustum cap. xx. hac habet: Populus Christianus memorias Martyrum religiosè solemnitatem concelebrat & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conficietur, atque orationibus adiuvetur: ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificemus, quare in memoris Martyrum constituantur altaria. Vide S. Cyrillum Lib. VI. cont. Iulianum. Discrimen ergo maximum deus inter Paganorum, & Sanctos Christianorum est. Pagani diis suis, quantumvis supremo Deo subiectis, divinitatem tribuebant, illique sacra faciebant; nos vero nulli Sanctorum divinitatis quiddam tribuimus, hostias minime litamus, nec templa consecramus; sed uni Deo hæc omnia exhibemus in Martyrum memoriam, atque sub Sanctorum auspiciis. Et quamquam nos Christiani patricia Sanctorum apud Deum imploremus pro eorum diversitate, modo hunc, modo illum invocantes; non ideo tamen credimus unum prædicere huic rei, alterum alteri; sed id agimus, quia teimus Deum servis suis singulis sua varia dispensare dona, prout vult: ut inquit Augullinus *epist. cxxxvii.* nunc *lxviii.* Non omnes Sancti habent dona curacionum, nec omnes habent dilucidationem spirituum: ita nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri vultur qui dicitur propria, prout vult. Sileo plura alia discrimina, videlicet quod Pagani deos suos flagitiosos constituebant; adulterum Iovem, supertorem Herculem, Venerem impudicam; quæ de re vide S. Cyrillum Lib. VI. contra Iulianum.*

VI. Tandem nemo non videt, quantum idola & simulacra Ethnicorum discrepent ab imaginibus Christianorum. Pagani idola sua ut numina colebant, istæm sacra faciebant, erantque imagines bestiarum, ac hominum sceleratorum. Contra Christiani imagines San-

ctorum nec colunt ut numina, sed tamquam signa eisdem venerantur que representant merita, & morum sanctitatem servorum Dei: nec illis quidquam Divinitatis inesse credunt, aut illis hostias litant.

VII. Ultimo loco obiciunt Pagani, se a diis suis plura beneficia consecutos esse, illorumque simulacra locuta fuisse, atque futura prædixisse. Ad simulacra quod attinet, negamus futura revelasse, aut voces humanis similes edidisse; sed aut sacerdotum non raro intra simulacra loquentium fraudibus, aut vi demonum, aut ex vehementi adlantium imaginatione contigisse. Plutarchus, & Livius docent. Addimus non raro demones in præfatis simulacris locutos fuisse: quæ de re lege Lactantium Lib. II. *Instit. cap. xvii.* Porphirium Lib. de *Dæmon.* Nec omittendus est D. Thomas, qui 2. 2. *quest. cxxxi.* art. 6. ad 1. docet, divina dispensatione quandoque permittit ut demones, falsaque prophete vera prædicant, ut patet de Baalam; nunquam vero in fallæ, sed in vere Religionis confirmationem. Beneficia que se adsecutos Pagani asserunt, non a flagitiosis suis diis, sed a vero unico sanctissimo Deo eadem acceperunt; quippe qui Solem suum super bonos, maloque oriri facit.

VIII. Portenta quæ a suis patratæ factant; ut Apollonium Tyaneum locutione coram Domitiano evanuisse, templum ianuis clausis ingressum, puellamque desunctam revocasse ad vitam, Philostrato teste: Vespasianum cæco visum restituisse, referente Tacito, & Svetonio; Claudiam Vestalem cingulo navem traxisse, aliamque Vestalem aquam cribro hausisse, & gessisse: mera præstigia demonum sunt, ut docet de duabus Vestalibus scribens Lactantius Lib. II. *Instit. cap. xvii.* Apollonium Tyaneum fuisse insignem magum, omnibus compertum est. De cæco sanato a Vespasiano Tacitus ipso scribit *Hist. Lib. IV. cap. lxxxi.* illius cæcitatem non fuisse tantam ut artem naturalem excederet.

IX. Nec majoris auctoritatis est illud quod de Hadriano narrat. Inquitur Hadrianum cæcam mulierem videntem effecisse, & Pannonium natum cæcum visione solo contactu donasse, ut narrat Spartianus, qui tamen subdit: Quamvis Marius Maximus hæc per simulationem facta commemorat, per incantationem, & magica remedia. Optime hæc de re scribit Salmasius *Hist. Aug. in Spartianum: Omnia que hic Spartianus narrat vere facta, ea Marius Maximus simulata, & ficta esse commemorabat, & ad hoc tantum excogitata ab Antonino*

Pio,

Pio, ut Hadrianus in spem recuperande salutis induceretur, qui ideo se occidere tentabat, quod eam recuperare posse desperaret. Hoc ut prohiberet Antoninus, & Hadrianum bono animo esse iubere, quasi brevi convalesceret, hæc illam arte & simulatione aggressus est. Iubuit mulierem quandam que diceret sonno se moritari, ut insinaret Hadriano ne se occideret, quod esset bene valiturus, quod eam non scisset, esse cæcatam &c. Hæc sunt que per simulationem facta commemorabat Marius Maximus.

X. Obiciunt Epicurei. Atomorum conjunctiones, motionesque infinite sunt. Infinitum natura sua omnes motus, nexu, & partium posturas comprehendit. Si possibilis aliqua partium dispositio foret que non esset in hoc infinito sine comprehensa, iam infinitum non esset infinitum; illud enim cui addi, vel detrahi aliquid potest, infinitum non est. Porro illius universi dispositio, partiumque mirifica distributio, & connexio, dubio procul inter possibile conjunctiones continetur. Ergo infinite atomorum positiones, & sortiti motus, hæc quam nunc videmus, comprehendunt rerum posturam. Exemplo res clarior evadet. Fac esse infinitas litterarum alphabeticarum posturas successivo sortitu motu nexas; omnes positiones possibile in hoc infinito concludunt. Ilias Homeri non aliud est quam litterarum diversæ positio. Ergo Ilias Homeri concluditur in hac infinita positionum collectione.

XI. Hoc est Epicureorum argumentum, quod exaggerat recentis Athei. Nihil tamen absurdum nisi magis commentitium. Infinitum successionem non excipit, neque divisionem: infinitum successivum, & dividuum chimæra est manifesta. Quod enim successivum, & dividuum est, additionem, aut diminutionem admittit: idcirco infinitum non est. Numero quippe motuum, quem Epicurei infinitum supponunt, semper addi, aut detrahi unitas potest. Ergo infinitas hæc chimærica est. Accedit quamlibet unitatem esse finitam; ac finitum additum finito nunquam effectus infinitum. Itaque si reapse infinita essent atomorum positiones, in hac infinita motuum collectione contineretur dubio procul etiam præterea rerum posturæ. Verum quia chimæricum proflus est hoc positioium atomorum infinitum, ideo argumentum Epicureorum futile est. Nec est quod opponas, Deum ab æterno potuisse creare mundum: quoniam admisso ente necessario perfectissimo, non apparet, ut multi contendunt, repugnantia eum non

potuerit Deus ab æterno mundum creare: quoniam tum iam est ens necessarius, cetera omnia movens, & a quo cetera omnia diriguntur. At, excludo in Epicureorum sententia ente necessario perfectissimo, repugnantia infinitarum collectionum, & positioium atomorum evidens est. Dicant nobis Epicurei, num fuerit aliquando in universo orbe aliquis homo, aliqua natio, que affereret, aliquid templum, palatium, civitatem, horologium, aut minimum opus artis proditæ ex hac varia atomorum postura, omni industria humana sublata. Sed quid in nagacismo, fluctissimo quæ explodendo cavillo amplius inmoramur?

CAPUT XI.

Consecraria, in quibus Dei notiones, & que viam ad illius cognitionem sternunt, indicantur.

I. Consecrarium primum. Hæc sunt Deum esse, pro modo nostro obtantum est, non tam rationum momentis, quam inchoitio infinitum quem universis indidit Deus, ne quisquam ad ignorantiam prætextum confugeret. Hæc vel æferatam gentium mentibus impressam Dei intelligentiam a mundi creatione, flagitios, & criminibus animo evellere tentantur impij; sed frustra. Nulla quippe ab initio mundi regio, nulla natio, nulla urbs, nulla domus, que religione careret. Ipsa idolatria validissimum est documentum cuiusque cordis viceribus supremi Numinis notitiam aliquam inherere. Quid, quæso, est quod homines non modo aliis creaturis sese submiserint, sed bruta animalia, serpentes, crocodilos, lignum, lapidem, colere maluerint quam cuiusque numinis cognitionem respicere? Quid quod hæc vehementissimam de Numinis impressionem, instantemque infinitum nullamquam pravitam, nulla impietas obliterare potuit? Quid igitur nonnulli adfessiones blaterant paucorum versutia, & calliditate incredulam religionem esse, ut hæc vasti arte invadunt populum in officio contineret? Plura utique commenti de Deo sunt que Deo hæudquaquam congrunt; ac nunquam eo pervenire valuerunt ut e mentibus suis, aut aliorum Dei prænotionem deleterent. Velint enim, nolint, quod ignorent avent, sententia coguntur, intulque deserant necesse est dum damnationis iudicem? Quin quo audaciores impij sunt in Dei contemptum, eo vel ad sollicitudinis strepitum timidiore existunt, crudeliterque vicerum perturbatione torquentur. Unde hæc, nisi ex divina Maleficti utione, que

B 4

illo

illorum conscientias vehementer percudit, laetaturque, quo magis eam refugere conantur. Recipere se in remotiores latebras fludent, ut divinae praesentiae se subducant; sed ubique se irretitos sentiunt. Soporis calicem ad momentum bibunt, epotantque utque ad faeces, ne lumen Divinitatis videant, & ut interdum lucem illam extinctam sentiant; subinde tamen illucescit, novisque radiis illos percillit, & novo veluti impetu cor, & animumque irruens aggreditur. Si qua illis conscientiae lucta, & terrena anxietate remissio inest, similis quodammodo somno est phreneticorum, & ebriolorum, qui ne dormientes quidem placeat quiescunt; sed horrificis spectris, dirisque simulacris continenter vexantur. Quid hinc consequitur? Illud sane quod alias dictum est, impios videlicet ipsos argumento esse, insulgentium mentibus hominum fuisse Divinitatis sensum, ingentisque omnibus insidere, & quasi in ipsis medullis infixam hanc persuasionem, Deum felicit esse. Inactent, ostententque insipi in suorum voluptatum caeno animi tranquillitatem, mentisque serenitatem: quoniam sibi, & aliis mentiri, telis est vermis ille serus, cauteris omnibus acrior, qui sine intermissione vellicat, rodit, mordet: cuius aculeum retundere nunquam possunt, quamquam nervos omnes eo intendant, ut Dei notitiam excutiant.

II. *Consecrarium secundum.* Deum existere fateantur omnes sapiti, & pii, scelti, & probi necesse est: adeo ut imperitum sit de hoc amplius disputare. At, inquis, quanam illius Dei, quem omnes confitemur, & colimus, notio? Stetit inmensitatem, infinitamque maiestatem Dei mens nostra comprehendere nequit; ita plenam exactamque ideam, & notionem promere nequit. Quae Dei notiones lumine tum naturae, tum sibi Sapientiorum excogitantur, proclama. *Plato* Genitor universitatis, summum bonum, superius *Aristoteles* Deus est, *Aristoteles* Ens entium, & Deum vocat. *Seneca* Iummam, & eorum omnium pulcherrimam naturam, *Cicero* praestantissimam mentem. *Trinitatis* Deus est circulus cuius centrum ubique, cuius circumferentia nunquam. *Augustinus* Deus est sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia creator, sine situ praesens, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus, sine tempore sempiternus, sine sui mutatione mutabilia omnia efficiens. *Serapio Thoma Aquinatus* Deus est actus purus, ens universaliter perfectum, prima omnium causa, & totius perfectionis plenitudo. *Lactantio* aeterna

mens ex omni parte perfecta, & consummata virtutis. *Cassiodoro* virtus incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, virtus inexplicabilis. *Ecclesia Catholica* Rex tremenda maiestatis, solus Sanctus, solus Dominus, solus Altissimus. *Scriptura sacra* est qui est: *Ego sum qui sum*: Alpha, & Omega, Deus Sabaoth, Dominus exercituum, Deus deorum Dominus, Dominus dominantium, Dominator Dominus, magnus Dominus, & laudabilis nimis, Deus excelsus, Rex Regum, Rex magnus super omnem terram, cuius magnitudinis non est finis; Dominus virtutum, magnificus, terribilis in consiliis; quis ut Deus? celi, & terra creator, qui lux omnipotentia omnia sustinet, sapientia dirigit, & providentia gubernat.

III. *Consecrarium tertium.* Deum boni, malique agnoscunt. Malis cognitio Dei iuplicitum est, bonis solatium. Impiorum contus, quibus vellent Numinis notitiam abolere, Deus nobis revelavit, ut hinc diceremus malitiam omnem fugere, & ab iniquitate abstinere: ut colligeremus vanam esse mentis persuasionem, nisi mundus a virtutis animus sit, omnique superbia vacuum. Summa ergo demissione mundi librum, in quo Numinis depicta maiestas est, legito; divi Pauli Epistolae, ceteraque divinae Scripturas frequentiter revolvito. Noli alius quam par est sapere; sed sobria, & humili contemplatione divina meditare arca. Haec via est quae ad Dei cognitionem, vitamque ducit aeternam.

IV. *Consecrarium quartum.* Ut quis Atheismum devitet, non latet Deum fateri; sed versus Deum consentiendum est. Nam *Benedictus Spinoza* Deum fateretur, & propugnat, sed quem sibi ille effinxit. Hanc Dei notionem nobis sibi ille effinxit. Deus unica substantia est infinitis attributis compacta, quorum quodlibet idam aeternitatis, & infiniti includit. *Ethica* I. prop. xi. seu alior veris: Totum universum una substantia est, variis modis definita. Natura totum est; omnes creaturae sunt partes huius totius; homo Dei pars est. Deus ergo, iuxta *Spinozam*, est natura, seu hoc universum, cuius praecipuae partes sunt cogitatio, & extensio. Creaturae ceterae modi horum attributorum, cogitationis nempe, & extensionis, sunt. Quam sit commentitiosus Deus iste a *Spinoza* confictus, nemo non videt. Materialis est Deus iste, mutationi & vicissitudinibus obnoxius. Fons quippe mutationum materia est. Anima hominis, *Spinoza* iudice, modus est substantiae infinitae, seu Dei. Non ergo homo, sed Deus cogi-

tat

tat in homine. Ergo contraria, & ineptissima, praevaeque hominum cogitationes Deo attribuentae sunt. Plures sunt qui *Spinozae* systema penitus labefactarunt, cum ex Prote-

stantibus, quos inter *Franciscus Budaeus* Lutheranus, tum ex Catholicis, quorum praecipui sunt *Daniel Huetius*, & *Michael Vassor*. Sed mihi fat est pauca haec delibasse.

PROLEGOMENON II.

IN QUO

Errores adversus Decalogum recensentur. Eiusdem generalis quaedam notitia praemittitur.

IN superiori Prolegomeno Decalogi explicuimus praefationem. In eadem Deus se ipsum existere declarat: *Ego sum Dominus*. Data quoque occasione, decrum pluralitatem, quae ipso primo precepto vetatur, expluimus. Nunc propius ad rem qua de agimus, accedentes, qualdam ipsius Decalogi generales praemones delibandas duximus: & primum omnium errores indicantur ad eum ipsum Decalogum; deinceps eiusdem notionem, partitionem, obligationemque brevi calamo edisseram.

CAPUT I.

Lutherus negat Decalogum pertinere ad Christianos, insensitus negat omnia Dei precepta esse possibilia, gratiamque qua possibilia sunt.

I. Decalogum ad solos Iudaeos pertinere *Lutherus* contendit: quippe in sermone de *Moyle* haec scribit. *Decem precepta ad nos non pertinent, sed ad solos Iudaeos*. ... ex textu clare habemus quod etiam decem precepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudaeos ex *Aegypto* eduxit *Dominus*: *Luthero* accedit *Philippus Melancthon*. Hinc colliges haud esse mirum quod tantam gentium multitudinem in suam pervertit sectam *Lutherus*. Sublata enim lege, liberis homines cam, & appetitiosius indulgent: idcirco facillime impostori, recentique *Epileuro* auscultabant, eiusdemque nova, atque impia dogmata ambabus ulnis suscipiebant.

II. Haud opus est multis, quibus dira haec haereticis extermineetur. Evangelium ipsum eam aperitissime explodit. Nonne *Christus* inquit *Matth. v. Non veni solvere legem, sed adimplere*? Quae verba edisserens *Tertullianus* lib. IV. cont. *Marcion*. haec docet. *Residuum est Christus precepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligenti patris, & matris? Ante illa servavit, & quae legem, adiecit. Salvum est & hoc in Evangelio. Non veni dissolvere legem, & Pro-*

phetas, sed potius adimplere. Praeterea *Christus* *Iam. xv.* *Apostolos* suos alloquens, dixit: *Si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea; sicut & ego precepta Patris mei servavi, & mansi in eius dilectione.* Tandem adolecenti roganti quid agendum ut vitam aeternam assequeretur, respondit *Christus* ipse *Matth. xxv. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: & interroganti, quae essent mandata servanda: Dicit illi, Quae? respondit *Iesus*: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furivm, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuam, & matrem tuam. Haec sunt ipsa Decalogi mandata. Quo ergo ausu evulgare *Lutherus* potuit in publicum, nullum mandatum impostuisse *Christum*, Christianoque ab observantia *Iosive* Decalogi? Si liberi a Decalogo Christiani forent, nemo ad illum servandum teneretur: non *Turcae*, non *Saraceni*, non *Indi*, non aliae nationes: quoniam per *Lutherum* solis *Iudaeis* legem haec impostuit, quia solos *Iudaeos* ab *Aegyptiaca* captivitate solvit. Denique nec ipsos *Iudaeos* obligare amplius Decalogus: quoniam post morem *Redemptoris* nostri lex *Mosaicae* ceremonialis, sicut quae solos affligebat *Iudaeos*, cessavit. Quae omnia erronea sunt. Mandata siquidem Decalogi sunt ipsius naturalis iuris principia in tabulis huiusmodi cordium scripta. Iisdem omnes homines inibi semper tuere, si habebat, prout ceremonialis est, excipias. Verum ne in re aperta immoremur, satis sit adducere quae *Concilium Tridentinum* decrevit*

ad